



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio secunda. Vtrum spiritus sanctus plenius seu perfectus procedat à patre quàm à filio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

suppositionis. Dicendum quod non est simile de essentia & relatione in diuinis, & in creaturis quia in creaturis omnis relatio realis connotat vel requirit aliam naturam à natura fundamēti ratione cuius potest esse posterior natura fundamenti sui: Sed in diuinis relatio non requirit nec connotat aliam naturam à natura sui fundamenti ratione cuius posuit esse posterior realiter natura sui fundamenti.

23 Ad secundam rationem que nititur probare quod paternitas & filiatio præsupponit spirationem actum dicendum per interemptionem minoris quod realiter loquendo pater generat filium de sua essentia & in sua essentia communicando ei essentiam suam cum omnium proprietate non opposita filiationi. Et ideo sicut filius non est realiter prius, filius quam habens essentiam diuinam in qua & ex qua genitus est à patre, sic non est realiter prius filius quam habens essentiam diuinam cum spiratione, quia talis est à patre, & talis communicatur ei à patre. Sicut ergo realiter loquendo diuinitas non aduenit filio constituto in esse personali sed est de constitutione eius per quā est Deus sicut pater, & differet ab omni, eo quod non est Deus sicut pater. Si spiratio loquendo realiter non aduenit filio iam constituto in esse personali sed est de constitutione eius, & per eam est spirans ut pater, & differet ab omni non spirante sicut & pater: vnde quanvis pater & filius constituantur in esse personali solum per paternitatem & filiationem prout pater solum distinguuntur a filio & econtra, tamen non prout distinguuntur personaliter à Spiritu sancto, imo de personali constitutione eorum est communis spiratio. Quod ergo dicitur quod communis spiratio non constituit aliquam personam, verum est de unica tantum, sed constituit duas scilicet personam patris & filii quantum ad distinctionem personalem quam habent ad Spiritum sanctum: ita quod pater ut est persona distincta ab omni alia persona diuina non constituitur in esse personali præcisè per solum paternitatem, imo cum ea per spirationem. Et idem est de filio & filiatione, communis spiratione. Et haec est sententia Anselmi de processione Spiritus sancti in fine.

24 Per idem patet responsio ad aliam rationem quod pater & filius ut distincti personaliter à Spiritu sancto constituitur in esse personali per actum spirandi quo producunt Spiritum sanctum, quanvis pater ut præcise distinguuntur a filio constitutur a sola paternitate, & filius ut distinctus solum a patre constitutur a sola filiatione. Et ob hoc pater & filius secundum rationem intelligendi sunt priores Spiritu sancto: qui distinctio eorum inter se non includit spirationem: sed secundum rem patet similitudinem pater & spirans, & filius simili est filius & spirans: nec est ibi realis prioritas aliqua. Si vero queratur de priori & posteriori secundum rationem intelligendi, sic dicendum est quod in diuinis est ordo: prior & posterior secundum rationem comparando absoluta inter se, & essentiam ad relationes & unam relationem disparataam ad aliam & personas per eas constitutas. Constat enim quod in diuinis præintelligimus intellectum voluntati quoniam utrumque est ab solutum: nam sicut in nobis intellectus realiter prior est voluntate: sicut in Deo prior est secundum rationem, quia qualiter ordinem reali habent aliqua vbi differunt realiter, tales ordinem rationis habent vbi differunt solum secundum rationem. Essentia autem diuinis præintelligitur cuiuslibet relationi, quia cum ipsa sit communis omnibus personis, relationes autem non, intellectus eius prior est intellectu relationum. Similiter cum paternitas sit in patre proprietas constitutiva eius, spiratio autem non (sicut ut distinguuntur a filio) quia si ponetur per impossibile quod non sit persona tercia in diuinis, adhuc pater esset pater & non esset spirans, pater quod paternitas præintelligitur in patre spirationis. Et idem de filiatione in filio respectu eiusdem spirationis, & per eandem rationem pater & filius ut sic, præintelliguntur Spiritui sancto.

25 Est tamen hic aduentus quod ordo rationis non ex eodem sumitur inter omnia dicta, quia ordo rationis qui est in diuinis inter absoluam (puta intellectum voluntatem constitutam) non sumitur ab intellectu nisi cōparando Deum ad creaturas in quibus quia talia differunt realiter & unum est realiter prius altero, intellectus concipit

Sancto Porciano

quod similia differant in Deo saltem secundum rationem. Et quod habeant consimile ordinem rationis, ut alias declaratum fuit, sed differentia & ordo rationis inter essentiam diuinam & relations & inter relations disparatas nec non & personas per eas constitutas non oportet quod sumatur ex aliqua cōparatione diuinorum ad creaturas, quin in ipsis diuinis secundum se & ex natura rei est sufficiens fundamentum cōcipiendi talem ordinem. Ob hanc causam in quidam vocauerunt hunc ordinem, ordinem naturalis præsuppositionis, non quod sine ibi diuersa natura quarum una præsupponat aliam, (quia in diuinis non est nisi una natura quae est essentia) sed quia ex sola natura rei non cōparando diuinam naturam creaturis præstatur sufficiens fundamentum quod vnu præconciatur alter: non si est ut de purè abolutis, ut dictū fuit. De relationibus autem oppositis, & de personis per eas constitutis ut sic non est idē iudicium, quia inter talia nullus est ordo prioris aut posterioris etiā secundum intellectum, eo quod talia simul sunt intellectu, quia vnu includuntur in intellectu alterius, ratio enim relatiōrum est esse ad aliud quod est correlatiuum, & sic patet qualis ordo prioris & posterioris secundum intellectum est in diuinis.

26 A D P R I M V M argumentum dicendum quod non oportet sic esse per omnia in trinitate increata sicut est in trinitate creata, quia vna non perfecte representat aliam, imo in pluribus deficit quam assimiletur: propter quod licet in trinitate creata sit prius & posterius secundum rem propter diversitatem naturae: tamen non est sic in trinitate increata in qua est vna natura. Ad secundum dicendum quod generatus ex hoc quod est principium spirati non est pro spirato. Principium enim est ex quo aliud: nec est de ratione principi quod possit ipsum sit aliud: nec duratio, nec natura nisi in quibus principium differet essentialementer a principio quod non est in diuinis.

27 Ad argumentum in oppositum quanvis concludat verum de prioritate secundum rem, tamen de prioritate secundum rationem non est simile de parte ad filium & de virtute ad Spiritum sanctum, quia pater & filius distinguuntur inter se relationibus oppositis quae sunt simili natura, & intellectu, sed pater & filius respectu Spiritus sancti constituantur relationibus disparatis quarum una potest alteri praetelligi (ut declaratum fuit) quia prioritas secundum intellectum sumitur sufficiens ex natura rei absit cōparatio ad creaturas, & ob hoc vocata est à quibusdam prioritas naturalis præsuppositionis quanvis aliis videtur & non irrationabiliter quod iste modus loquendus in hac materia sit impropus & nimis extensus.

Q V E S T I O S E C U N D A .

Verum Spiritus sanctus perfectius procedat a patre quam à filio.

Tho. 1. q. 39. ar. 3. ad. 2.

A D secundum sic proceditur. Et videretur quod Spiritus sanctus pleniū vel perfectius procedat a patre quam à filio, quia propter quod vnu quod est tale & illud magis, sed filius habet a patre quod ab ipso procedat Spiritus sanctus magis procedit a patre.

2 IN CONTRARIUM est, quia vbi est summa aequalitas ibi non potest esse magis vel minus, perfectius vel imperfectius, quia summa aequalitas priuat omnem gradum, sed in diuinis est summa aequalitas, ergo, &c.

3 R E S P O N S I O . Dicenda sunt duo. Primum est quod Spiritus sanctus non procedit pleniū vel perfectius a patre quam à filio. Secundum est quod procedit ex ipso principiis. Primum patet sic, vbi non est intentio & remissio in principio virtute cuius plura producunt vnum, ibi productum non est perfectius aut plenius ab uno quam ab altero, sed principiū producenti Spiritus sanctum quod est vis spirativa, non est perfectius aut plenius in patre quam in filio, cum sit in eis vna numero non recipiens intentionem & remissionem, nec ratione essentie: nec propter naturam respectu si respectum includat, ergo Spiritus sanctus non procedit magis vel pleniū a patre quam à filio.

4 Secun-

Lib. I. Distinctio XII.

⁴ Secundum patet sic, principalius est spirare a se quam ab alio, sed pater spirat a se, filius autem ab alio, quia virtutem spirandi habet ab alio, scilicet a patre, ergo pater spirat principalius quam filius, vnde Aug. II. de Tr. ca. 18. dicit sic. Non frustra inquit in hac trinitate non dicitur verbum nisi filius, nec donum nisi Spiritus sanctus, nec de quo est genitum verbum & de quo principaliter procedit spiritus nisi Deus pater, nec sequitur ex hoc quod filius habeat aliquod minus patrem: quia spirare vel non spirare principaliter non attenditur secundum aliquid absolutum & essentiale, sed solum secundum modum habendi vim spiraturam qui modus est secundum relationem dantis & accipientis.

⁵ AD ARGUMENTUM T V M in oppositum dicendum quod propter quod vnuquodq; &c. Non tenet in agentibus participiis eandem formam numero eque perfecte, sed solum in agentibus & quiocis vel vniuersitatis habentibus eandem formam species secundum diuersos gradus quorum unus est perfectior altero, vt est de calore in igne & in ceteris. In diuinis autem pater & filius habent eandem vim numero spiratiuum a patre, & est eiusdem gradus perfecti, licet filius habeat eam a patre. Et ideo principalius habet eam pater quam filius. Sed non habet perfectius, propter quod potest dici quod pater principalius spirat quam filius quia a se spirat, sed non perfectius.

QVÆSTIO TERTIA

Vtrum Spiritus sanctus sit a patre per filium.

AD tertium sic proceditur. Et videtur quod Spiritus sanctus procedat a patre mediante filio, vel per filium quia quod conuenit principio & principiato, non conuenit eis aequi immediate & primo. Sed spirare spiritus sanctus conuenit patri & filio sicut principio & principiato, ergo non conuenit vtrique immediate & primo. Cum ergo non conueniat filio mediante patre, ergo conuenit patri mediante filio.

C O N T R A cum aliquis operatur per alium tanquam per mediu[m] potest fieri conuersio. Sicut enim rex operatur per Balium, ita dicitur Balium operari per regem, sed nullo modo dicitur quod filius spirat per patrem, ergo nec econuerio, scilicet quod pater spirat per filium.

I T E M V B I non est prius & posterius ibi est eque immediate primo, sed in processione Spiritus sancti a patre & filio non est prius & posterius, ergo, &c. Maior videatur esse manifesta, sed minor probatur sic, quia si Spiritus sanctus procederet prius a patre quam a filio, sequeretur quod bis procederet. Eadem enim processione indiuisibilis non potest prius & posterius procedere.

R E S P O N S I O, dicendum quod in patre & filio respectu actus spirandi possumus considerare duo, actus enim spirandi egreditur ab aliquo supposito mediante formam, & ideo actus spirandi potest referri ad formam qua est spiratio principii, vel ad suppositum spirantia. Si ad formam qua est spiratio principii, sic pater non producit Spiritum sanctum mediante filio, sed immediatus producitur ab utroq. Cuius ratio est quia eiusdem ad seipsum non est medius, sed vis spiratiua est vna & eadem numero in patre & filio, ergo quantum ad hanc vnum non est respectu alterius in spirando Spiritum sanctum. Si autem actus spirandi compararetur ad supposita a quibus egreditur. Sic cum inter patrem & Spiritum sanctum filius sit tanquam media persona virtutem spirandi a patre recipiens, potest dici quod pater producit Spiritum sanctum mediante filio, sub eodem sensu potest dici quod pater producit Spiritum sanctum per filium.

Vbi est notandum quod haec presuppositio per denotat habitudinem principii hoc potest dici duplicitate, uno modo sic ut illud sit agens cui additur ut agat, sicut dicimus quod ignis agit per calorem: & hoc modo non conuenit patri agere vel producere Spiritum sanctum per filium, quia filius non est principium vel ratio patri ut spirat. Alter modo potest dicere rationem principii non respectu agentis sed tantum respectu producti, sicut dicimus quod rex facit hoc vel illud per Balium, & hoc modo potest dici quod pater spirat Spiritum sanctum per filium.

& Quæstio. III.

⁴⁷ eo quod filius habet rationem principii respectu Spiritus sancti, & hoc ipsum habet a patre sicut Balium a rege, nisi quod habet eadem numero cum patre & eque perfectam, quod non est in Balio respectu regis.

A D P R I M U M argumentum dicendum quod aliquid potest conuenire principio & principiato aequi immediate, quando ratio per quam illud conuenit eis est eadem numero in patre & filio per quam utrueq; conuenit spirare spiritum sanctum & aequi immediate: sed non eque primo sumendo primum pro principaliter ut patet ex precedente questione.

7 Ad argumentum oppositum dicendum quod non semper recipitur conuersio cum aliquid dicitur agere per aliud, dicimus enim quod faber agit per martellum, & tam non dicimus quod martellus agat per fabrum. Et similiter non oportet quod si pater spirat per filium quod econuerio filius dicatur spirare per patrem, quanvis sane intelligendo potest dici eodem modo quo Balium dicitur agere per regem. Hic enim dicitur quod Balium habet potestatem & autoritatem agendi a rege. Et similiter potest dici quod filius spirat per patrem non tanquam per medium, sed quia virtutem & autoritatem spirandi habet a patre.

8 Ad aliud argumentum cum dicitur quod ubi non est prius & posterior, ibi est eque primo & immediate. Dicendum quod non est ibi eque primo, accipiendo primum pro principali, quia licet simili & vnicula virtute pater & filius spirant, tamen illam virtutem principalius habet pater (quia a se habet) quam filius qui habet ab alio. Est tamen ibi eque immediate inspiciendo virtutem spiratiuum, licet respicio supraposita spirantia sit ibi qualiscumq; ratio medii ut dictum est.

Sententia litera Magistri distinctionis XII.

Post huc considerandum. Superiorius Magister determinauit de Spiritu sancti processione, modo medio & principio, hic determinat de processione in comparatione ad generationem que comparatio ut magis pateat. Magister quatuor facit principaliter in prima parte. Primo inquit utrum Spiritus sanctus procedens posset dici natus. Et soluit. Secundo inquit quomodo filius natus possit dici procedens. & soluit. Tertio querit que sit differentia generationis & processionis. Quartu[m] querit utrum propter hanc differentiam possit dici Spiritus sanctus generitus. Scunda ibi. Cum igitur Spiritus sanctus. Tertia ibi, sunt item generationi filii. Quarta ibi. Nunc confidendum est. Ex hac est sententia & dictio Magistri in generali.

2 In specie sic procedit Magister. Et primo querit quare Spiritus sanctus non dicitur natus aut non dicitur filius cum procedat a patre & sit de substantia patris. Et respondebat quod cum a duobus procedat si diceretur natus vel filius esset amborum & ita unus se haberet ut pater, alius ut mater quod absurdum est. Deinde querit cur filius dicitur procedere non solum nasci, Spiritus autem sanctus procedere. Et respondebat quod vterque exit a patre. Sed spiritus sanctus dicitur procedens & non natus, sicut filius quia exit a patre quomodo datus non quomodo natus, id est, per modum liberalitatis, non per modum naturae. Postea subdit quod generatio filii differt a processione Spiritus sancti, quia alius est modus procedendi a patre utrueq; filius enim a solo patre procedit, Spiritus sanctus ab utrueq; probat per hoc quod Christus in suflando dedit Spiritum sanctum, tamen propter autoritatem originis solet patre attribui, & subdit quod omnis generatio est processio & non conuenit, addit etiam quod creatura non sufficit ad significandum perfectam differentiam generationis & processionis, quia utrueq; inseparabilis est. Ultimo querit utrum Spiritus sanctus dici possit ingenitus, & probat per Augustinum quod non, quia dicit Augustinus quod hoc nomen ingenitus secundum disputationem consuetudinem Spiritus sancti non conuenit, ne duo patres in trinitate videantur esse. Per Hieronymum vero probat quod possit dici ingenitus, & soluit Magister quod ingenitus potest duplici-

zex